

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex dilectis fidelibus nostris Leonardo filio quondam Nicolai Arcoloniani¹ nec non Francisco Benevenuto dicto Fanto, filio quondam Iohannis de Arcolonianis de Utino Aquilegensis diocesis, gratiam suam et omne bonum.

Eximie devotionis et fidei affectus, quem ad nos et sacrum Romanum geritis imperium, quibus apud nostram maiestatem fidedignorum commendamini testimonio, digne promerentur, ut personas vestras gratis attollamus et prerogativa nostre specialis gratie honoremus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus benigne inclinati vos liberosque vestros masculos ex vobis legitime descendentes de regie potestatis nostre plenitudine quorumlibet bonorum feudorum presentibus capaces efficimus et ad ea ex certa nostra scientia habilitamus nec non omnium capacitatem feudorum actibus, honore et titulo uniuscuiusque laudabiliter insignimus. Volentes insuper et auctoritate presentium publice decernentes, quod vos et liberi vestri masculi ex vobis, ut predicatur, legitime descendentes perpetuo futuris temporibus ad succedendum in feudis quibuslibet ac etiam ad habendum, recipiendum et possidendum simpliciter feuda quecumque, privilegiis, consuetudinibus, conditionibus seu statutis in contrarium non obstantibus quibuscumque, habiles reputemini, apti ubilibet et capaces. In quorum testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in civitate Bellunensi, XV. Kalendas Augusti², anno MCCCXLVII, regnorum nostrorum anno primo.

Unter dem Text steht in L:

‘Ad regione d’ Velcon’ per Iohannē de Goscorp. Not.’

Unzweifelhaft bilden diese Worte den allerdings stark verderbten Fertigungsvermerk, die ‘Unterfertigung’ der Urkunde³. In ‘Velcon’ erkennt man den Prager Canonicus Welco, der am 19. Juni 1347 im Auftrage Karls bei dem Erzbischof Ortolf von Salzburg weilte⁴, der im Frühjahr 1348 zusammen mit Rudolf Losse die Nürnberger Anhänger Ludwigs des Bayern absolvierte⁵ und

1) ‘Arcolonianis’ L. 2) ‘Iulii’ L; Bianchi notiert in seiner Kopie dazu: ‘rectius Augusti’. Vgl. BH 6463. 3) Lindner, Urkundenwesen S. 104 ff. 4) Const. VIII, 292. 5) Ineditum im Cod. Losse (Darmstadt) f. 60 — 60’ (64 — 64’), notiert bei Schwalm-Priesack, Westdeutsche Zeitschr. VIII (1889), 87 f. Künftig in Const. VIII. Welco ist